

SCHEDA DI REGESTO

PERGAMENA N. 16

COLLOCAZIONE:

Comune di Atessa- Archivio storico

SERIE:

Fondo pergamene n. 16

DESCRIZIONE ARCHIVISTICA:

Divisione di terreni dell'Università di Atessa

ESTREMI CRONOLOGICI:

07 luglio 1308

CONDIZIONAMENTO:

Cassettiera di legno

SUPPORTO:

Membranaceo

DIMENSIONI:

Altezza 35 Larghezza 44 Diagonale 55

NUMERO DELLE CARTE:

1

NOTE:

Scrittura minuscola diplomatica

SUNTO:

Napoli, 7 luglio 1308

Il re Carlo II esprime il suo assenso alla nomina di alcuni uomini incaricati della verifica dei confini di alcuni territori contigui tra il casale di Iannaccio e l'università di Atessa, già oggetto di precedente divisione ad opera del giustiziere Gregorio Filomarino di Napoli. Alla verifica dovranno essere presenti anche il maestro procuratore e portolano della curia, il quale, acquisite le necessarie informazioni, provvederà alla divisione di tali territori apponendovi i termini di confine.

TRASCRIZIONE:

1. Karolus secundus Dei gratia rex Jerusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comes, universis presentes licteras inspecturis / tam presentibus quam futuris. Subiectorum nostrorum compendiis ex affectu benigne caritatis accedimus, quo fit ut ipsorum petitionibus gratiosis
2. assensum facilem benignius prebeamus; sane / pro parte Johannis de Corbolio militis domini casalis Jannacii et universitatis hominem casalis eiusdem ex parte
3. una ac universitatis hominum terre Aritis sitorum in iustitiariatu Aprutii / cifra flumen Piscarie, fidelium nostrorum ex altera, fuit expositum noviter coram nobis quod inter predictum militem seu procuratorem suum pro eo et syndicu
4. universitatis hominum casalis predicti / ex parte una ac syndicu universitatis hominum diete terre Aritis ex altera, ex vigore seu auctoritate cuiusdam rescripti a

- nostra curia impetrati per militem antedictum et syndicum casalis eiusdem /
6. super divisione, limitatione et terminatione indiscretorum territoriorum, confinium et vicinorum inter tenimenta et pertinentia universitatum ipsarum, Gregorio
 7. Filomarino de Neapoli militi tunc / iusticiario lusticiariatus predicti directi ac etiam presentati, de predictis indiscretis territoriis, confinibus et vicinis ac silva
 8. quadam Cerrulium vulgariter appellata, coram / eodem iusticiario fuit die questio agitata et tandem per ipsum iusticiarum lata fuit exinde sententia et facta de
 9. territoriis et tenimentis ipsis divisio et teiminatio, appositis terminis / inter illa et dum dictus syndicus hominum eiusdem terre Atisse innitens tenori seu beneficio
 10. cuiusdam clausule, que in huiusmodi rescriptis de divisione tenimentorum / solita est apponi, per quam nostre curie reservatur quod, si aliqua parcium, inter quas fit dictorum territoriorum et tenimentorum divisio et determinatio, ex divisione et
 11. terminatione ipsis assereret / rationabiliter se gravatam, liceat eidem curie divisionem et determinationem predictas corri fieri ac ordinate provisionis rimedio
 12. emendare; a predicta sententia, terminatione, divisione et / limitatione factis per iusticiariurn antedictum, gravatum se sentiens exinde recursum habere intenderet
 13. ad nostre presentiam maiestatis; prefatus miles et syndicus casalis eiusdem / ex parte una ac syndicus hominum diete terre Atisse ex parte altera, considerantes quod in prosecutione huiusmodi oporteret eos subire sumptus plurimus et labores,
 14. quodque / inde inter eos rancores et scandalia poterant exoriri, infrascriptos homines, videlicet de Sernis, Robertum Victorii, Gualterium Preciosum,
 15. Benevenutum et Gualterium Johannis / 'e dicto casali Jannacii, Margaritum et Johannem Afficie de casali Bardini, Jordanum de Pallutro et Franciscum Roberti
 16. et de dieta terra Atisse: Berardum Alvaperne, Berardum / dictum Caczarellum, Nicolaum. de Orctono, Robertum Sadonie, notarium Guillelmum TInomasii, magistrum Jornum, Robertum de Accassuro et Passavantum de Strata, homines
 17. quidem / antiquos, quos fideles reputant et credunt de tenimentis ipsis plenam habere notitiam, de voluntate unanimi concorditer elegerunt, volentes ac
 18. concedentes hominibus antedictis partes predicte plenam et liberam / potestatem quod ipsi limitationem, terminationem et divisionem easdem, ventate comperta, corrigere valeant ac etiam emendare et aliam exinde divisionem et terminacionem
 19. facere ac notabiles / fines seu terminos apponere inter tenimenta et territoria predistincta, si et prout eis videbitur expedire, nostro in premissis beneplacito
 20. reservato. Propter quod fuit pro parte ipsorum mafie/stati nostre humiliter

supplicatum ut electionem factam de prefatis hominibus ac potestatem eis traditam per partes ipsas de correctione et emendacione divisionis et

21. determinacionis / dictorum territoriorum et tenimentorum nec non divisionem, determinacionem et limitacionem faciendas per electos ipsos de tenimentis et

22. territoriis prenotatis, ex nunc prout ex tunc confermare de be/nignite regia dignaremur. Nos vero ipsorum supplicationem tamquam concordie bonum et pacis comodum continentem subscripto modo benignius admicentes, volumus, ne

23. posset in / hoc nostra curia in aliquo circumscribi, quod magister procurator et portulanus dicte nostre curie in partibus Aprutinis, cui exinde per alias nostras

24. scribimus licteras, ad loca prefata ac/cedat et una cum predictis personis alias de predictis tenimentis et territoriis informacionem plenam habeat, sicut decet, et

25. deinde ipsi omnes territoria et tenimenta prefata dividapt, et per no/tables terminos, limitent et distin^guant; quibus divisioni, limitationi et determinationi per eos ut predicitur faciendas, ex nunc prout ex tunc de certa nostra scientia et gratia

26. speciali nostre presta/mus maiestatis assensum et eis, postquam sic facce fuerint, dictam sententiam per eundem iusticiarum latam et divisionem, determinationem

27. et limitacionem factas per eum de territoriis / supra dictis volumus non obstare, fidelitate nostra servicio pro casali et terra predictis eidem curie debito aliisque

28. ipsius curie et elterius cuiuslibet iuribus semp et dictarum partium cautelam presentes licteras exinde fieri iussimus dupplicatas

29. pendenti maiestatis nostre sigillo munita. / Datum Neapoli per manus Nicolai Friczie de Ravello locumtenentis prothonotarii regni Sicilie, anno domini millesimo trecentesimo octavo die septimo julii sexte inductionis regnorum /

30. nostrorum anno vicesimo quarto